



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Trepidatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Horat. 3.
Carm. od.
2.

Quod vero formidinis & trepidi pavoris hieroglyphicum Lepus habeatur, facit id supreme ti-
midum ejus ingenium, cui pavor supra unum quodque aliud animal peculiaris, a quo, ut Pol-
lux ait, etiam πῶς appellatur: πῶσεν enim formidare est. Unde Demosthenes in Aeschinem in-
vectus ait, λαγῶ βίον εἶς ἐξ ὁδοῦ κή) τρέμων, ἡ δὲ πλῆσιον) πρὸς δουῶν. Lepus similem vivis vivens,
pavitans & tremens, impendentia semper stagna prospectans. Hinc Cornificii Poeta dictum memoratur
civilis bello, qui milites suos sepe fugientes, Galeatos lepores in opprobrium appellabat. Apud
Hebræos Saphan occultationem, ut ita dicam, significat, & locutio ea per ω scripta Lepusculum signi-
ficat: quod insitam huic animali pavitationem, si dicere concedatur, notet, qui scilicet in cubilibus
libentissime delitescat. Atque hinc factum ut Leporis occursum Augures ominosum, improsperrum
& inauspicatum dixerint, quod quidem non nostri tantum temporis vulgus credit, sed veteribus
etiam persuasum fuisse testatur Senariolus,

Φανείς ὁ λαγῶς δυσυχεῖς ποιεῖ τρέβος.
Inauspicatum dat iter oblatas Lepus.

Archidamus autem Zeuxidami F. Spartiata, quamvis alii Lyfandrum ponunt, Corinthiorum urbem
aggressus, cum Leporem ex loco muris vicino excitatum animadvertisset, omine in hostes conves-
so, futurum ait ad milites ut hostes facile caperentur: ejus quippe casu usus ad incendendos eorum
animos, & taxandam hostium ignaviam, quod urbes ea minime bellicosa videretur, quam tuti adeo
Lepores inhabitarent. Pari propemodum eventu Arnulpho rege, qui Berengario auxilium tulerat,
Romam oppugnante, excitus ē latebris clamore tumultuq; militum, Lepus urbē versus cursum arripit:
hunc milites toto temere agmine concito insequi cum cœpissent, cursuq; & clamoribus acriter
detererent, Romani, qui propugnaculis stabant, urbem eo impetu peti veriti, cui se longe impares
propter defendentiū inopiam arbitrabantur, pari consensu desertis mœnibus ad terram se summa-
fere. Barbari occasione freti, fellis Equorum & veterinorum ad mœnia in cumulum aggestis, per eos
nullo reluctante in mœnia evafere, Leoninamq; urbem (primaria nunc Romanæ urbis est regio hæc)
nullo negotio ceperunt.

VENUSTAS. CAP. VI.

Lepus Ve-
neri facer.

Est & venustatis symbolum Lepus, Venerique fecunditatis ergo clarissimus omnium existimatur,
cui non sine religione facer est, & inter ejus delicias adnumeratur. Opera pretium vero est
apud Philostratum in picturis videre Leporem hunc, sub arbore malo inter Amores otiantem, quem
decidentia terræ poma depascentem, multaq; semesa praterreuntem modo hæc, modo illa commo-
dentem, ubi illi deprehenderunt, ibi tum alius complofis manibus, clamore alius, alius clamore
ventilata jactataq; perterrefaciunt, supervolitant alii feram vociferatione illam excitantes, & modo
huc modo illuc cursu percitam agitant: pedestres alii vestigia consecantur, alius tamquam aliquid
jaculaturus impetum in eam facit, alioq; avertit, alius Lepusculi cruribus insidias molitur, ille cubiti
ulnas jamjam apprehensus est, mollissima pilorum lubricitate fretus, minimo se negotio expedit,
sublimisq; sublatus saltu, capturam evadit. Rifu itaq; Amores diffiunt, collabentesq; præ lascivia
& nimia cachinnorum agitatione, alius in latus, alius supinus, resupinus alius, per herbas passim strati
provolvuntur. Sagittam vero nemo unus intorquet, sed vivum capere contendunt, gratissimam
Veneri matri vicissimam oblaturi. Atque ita Lepus præcipue Veneri debetur. Accidit huc & Valerij
Martialis testimonium, qui persuasum mortalibus ait, ex Leporinæ carnis esu formosiores venustio-
resq; fieri homines, falso & mordaci ejus Epigrammatis joco:

Leporina
carnis esu
efficax.

Si quando Leporem mittis mihi Gellia, mandas, Si non derides, si verum Gellia mandas
Formosus septem Mæce diebus eris. Edisti numquam Gellia tu Leporem.

Et quod super Alexandro Severo dictatum est, quem & formosum, & humanum, & cultum, & venu-
stum, & affabilem, ex assidua Lepusculorum esitatione factum asserabant. Unde versus illi circum-
ferebantur ex Epigrammate:

Venatus facis & Lepus comesus, De quo continuum capit Leporem,

Tum